



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Adeltrvdis Gandavi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

Collegium est) quod Ludouicus Pius Imp. viro Apostolico in opia laboranti in vita subsidium adtribuerat. Eodem in loco puerum inuenit & educandum curauit S. Rembertum suum in Episcopatu & Apostolatu successorem. Sedit Anscharius in Episcopatu annis triginta quatuor. Primis annis septem Hamburgi, dein post barbaricam Hamburgi incursionem, annis nouem in Ransola: reliquis vero annis Bremae, ubi in matrice Ecclesia S. Petri sepultus est: in quam S. Willehadum transtulerat. Ab Haraldo autem Danorum Rege & Ludouico Augusto missus est ad Aquilonares illos. Plura vide apud Molanum.

## ADELTRVDIS GANDAVI.

19. Mar. **A** Martino Primo Pontifice Maximo, ut alibi quoque annotamus, B. Amardo, cum Romam veniens Pontifici declarasset se non sufficere ad copiosissimam messem in Christi horreum conferendam, adiunctus est B. Landoaldus, venere porrò cum Landoaldo alijs decem eiusdem animi sodales, quos inter fuere sanctus Amantius Diaconus, sanctus Adrianus martyr & internuntius Landoaldi, S. Vinciana virgo, Landoaldi soror, & S. ADELTRVDIS itidem virgo. Horum omnium Sanctorum corpora ex Wintershouia ditionis Leodicensis vico Gandum anno 980. ad sancti Bauonis Monasterium transluit Vuomarus Abbas. Cæterum gesta sancti Landoaldi & sociorum eius descriptsere Notgerus Episcopus Leodicensis & Herigerus Abbas Laubiensis.

## ADILIA.

25. Maij **O**ctauo Kal. Iunij ADILIAE sororis sancti Bauonis. Hæc verba obseruauit Molanus in Bibliotheca Bauoniana